SERIES LITERARIA ILLORVM, QVI EX PROFESSO ARTEM MEDICAM Scriptis hucuſque illuſtrarunt.

A

ABENBICAR de ſimplicibus medicamentis opus Arabicè conditum, inſigne & magnum, duplicíq; exemplari ſcriptum vſque ad dimidium extitit apud Guilelmum Poſtellum, in quo ordine Alphabetico expreſſa ſunt ſimplicia medicaméta quàm plurima, & remedia innumera & rariſsima. Alterum volumen (inquit Poſtellus) fuit vſui Iacobitæ cuidam qui Græca nomina ſua lingua adſcripſit. Deprehendimus autem per collationem, nullam eſſe lacunam in Dioſcoridis, Galeni, aut Oribaſij eiuſdem argumenti libris, quæ ex hoc codice ſuppleri non poſsit. Citatur ſæpe ab Andrea Bellunenſe EBENBITAR nomine.

ABENSINAE Medici compendium Arabi-